



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XLIV. Quæ ad moriendum piis consolatio, pœnèq[ue] illecebra sit,
ostendit æger Godefridus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

plurimos angelicæ suæ conuersationis exemplis roborauit.

CAP. XLIII.

Venit Elfenstadium, ibique incipit agrotare.

Post annum vero reuocat⁹ ad patrem Norbertum iam Archiepiscopum Magdeburgensem, cum sæculi pompam vel strepitum sancti *in Sa* viri egrè ferret aspectus, Domino e- *1.7 p. 2* lectum suum remunerare disponen- *dicunt* te, lenta cœpit pulsari ægritudine, ac *Elfenst* ceptaque benedictione patris Norber- *dese m* ti, ad Eloftadense declinauit cœno- *naster* bium, vbi hoc ordine post non mul- *um.* tos dies migravit.

CAP. XLIV.

Quæ ad moriendum piis consolatio, pænèq; illecebra sit, ostendit æger Godefridus.

Cum læguoris molestia sensim per dies ingrauesceret, aderat ei deuo

E 2 ta

ta solitudine germanus eius Otto cum nonnullis fratribus, quibus ipse transitum suum iam iamque desiderare perhibebat. Cumque astantium vnus diceret: Absit Domine. Nequam nos desolatos relinquetis, nobis adhuc pernecessarius estis, vir beatus velut indignantis vultu respondit: Eia frater, quid est quod loqueris? Vt quid oro poenitentiae habitum suscepimus, vt quid etiã pro CHRISTO rota die mortificari contendimus, si non per labores hos quanto cyus ad CHRISTVM emigrare concupiscimus? Optandum mihi est via breuiori pergere, atque ad conspectum vultus CHRISTI, quem semper optavi, maturius peruenire. Ad hæc dicta cum germanus eius graui se mœrore conficeret, consolans eum beatus ait: Idcirco, mi frater vniuersa propter Deum abdicauimus, quia nos ad huius horæ necessitatem peruenturos, hæc est, morituros, certissime noueramus, præoptantes atque

que fatagentes, ne huius nos procel-
 la discriminis obruat imparatos.
 Amplectamur ergo hanc à corpore
 peregrinationem, faciamus de neces-
 sitate virtutem, gaudentes & gratias
 agentes quod de labore ad requiem,
 de miseria ad beatitudinem transmi-
 gramus. Nec enim poterimus ope-
 rum nostrorum retributionem de-
 sideratam percipere, nisi contigerit,
 hinc per mortis gustum exire. Quia
 vero initium est retributionis in obi-
 tu securitas mentis, videres illum ni-
 hil hæsitantem, nihil pavitantem,
 quinimò vehementer exultantem, i-
 ta vt liquido in hoc sancto recogno-
 sceres, quod fidelis seruus cum vici-
 nâ mortis tempus agnouerit, de glo-
 ria retributionis hilarescit. Vigilantem enim illum inuenit Dominus, ca-
 stimonix zona præcinctum, &
 lucernas exemplorum
 lucis gestantem in
 manibus.

(:)

E 3

CAP.